

Incipit libellus sancti Bernardi Abbatis de  
Honestate vite.

**P**etis a me fili et frater carissime quod et nunc  
quod aliquem a suo prouisoro audiui petens  
se. Verum tamen quia instanter id tua deuotione  
exposcit cui rationabiliter iuste petenti aliquid  
negare non possum formulam honeste vite ti  
bi breui describo sermone quam si in christi amo  
re ardescens perseveranter seruaueris procul  
dubio vitam quidem consequeris eternam.  
Ut igitur ab interiori incipiens ad exteriorem  
hominem sermo procedat. circa tui cordis puri  
tatem te indefinenter studere oportet. quo totius  
puritatis amator deus tanquam in propria sede se  
dere dignetur ibi sedem tanquam in celo sibi collo  
care. Iuxta illud Celum mihi sedes et terra sca  
bellum pedum meorum. Et iterum. Anima iusti  
sedes est sapientie. Necessesse est ergo quod circa co  
gitationes tuas intendas et insistas ut videlicet  
coram deo cogitare seu meditari pertimescas.  
quod in presencia hominum merito dicere vel co  
gitare erubescens sciens nimirum quod sicut per verba  
vel facta innotescimus homini sic per cogitationes  
in circumscripto spiritui. Quia que dicta homi  
nibus hec sunt deo cogitationes. Dominus enim nouit  
cogitationes hominum quam uane sunt. et sicut ei nulla est